



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales**

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1612**

5 Quenam ad substantiam, uel accidentia mutui spectent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14014**

345

tus alienos nummos fuisse, idè per partes condico, quia nondum totos consumptos compereram.) Hæc in ea lege.

Quartò queritur, An res sacra, vel oleum sacrum, mutuum dari possit: Respondeo, dum res sacra est, hoc est, dum formam non amittit, non posse dari mutuum ad communes, & profanos vsus, bene tamen ad sacros, & Ecclesiasticos. Nam hæc etiã ratione, vna Ecclesia calices, vel alias res sacras potest alteri commodare: huiusmodi enim res non mutua dantur, sed commodantur. Oleum verò sacrum mutuum dari potest.

Quænam ad substantiam, vel ad accidentia Mutui spectent.

CAPVT V.

**S**UPERIUS dixi, in quolibet contractu spectari ea debere, quæ ad eius naturam, & substantiam pertinent, & quæ eidem sunt præter, vel contra naturam eius. Nam si præter naturam contractus sint, accidentia censentur, cum possint contractu adesse, & abesse ista, & integritas eius substantia: Si verò contra naturam contractus, cum tollant, & perimunt, quia sine forma, res consistere nequit.

Ad Mutui igitur rationem pertinet, vt mutuum ipsa rei quæ datur, traditioe contrahatur, sine qua non pericitur, nec oritur obligatio ex mutuo. *Instit. Quibus modis re contrahatur obligatio ex mutuo §. 2. & §. Præterea, & §. Si cui, & §. ultimo.*

Secundò, vt ad sit in mutuo contrahentium consensus, quia contractus consensus hominum requirit. *l. §. Adeo ff. De pactis.*

Tertio, vt res sit ex eorum numero, quæ mutua dari possunt. Nam res aliæ commodantur, aliæ verò mutua dantur, & aliquæ possunt, vel mutua dari, vel apud aliquem deponi. Nam pecuniam si numeratam tibi tradidero, tunc eam tuæ fidei, & custodiæ commissam apud te depono. Si verò dedero, vt vtrius, mutuum accepisti. *l. Certe conditio §. Depositi. & l. Quod si ab initio ff. de reb. cred.* Item si pecuniam inclusam in sacculo tibi tradidero, depositum est, non mutuum. At si tibi dero, accipe in hoc sacculo viginti aureos, quos à me petisti, mutuum contracti videtur.

Quartò, Mutuum sua natura est gratuitum, non mercenarium. Vnde *Luc. 6.* Dixit Christus: (Mutuum date, nihil inde sperantes.) Nam si pretium interueniat, est venditio: Si merces locatio: si iurium, vsura, & proinde peccatum; statuta verò, & iura legum scripta, solemnnes aliquas formulas in mutuo requirunt, puta, litetas, siue chirographa, siue instrumenta, vel testes, vt minimum duos. Sed hæc ad probationem mutui iudicalem spectant, quia eius ius naturale non postulat.

Quæres, an ad naturam mutui pertineat, vt reddatur res eiusdem quidem generis, sed numero diuersa? Respondeo cum *Glossa in l. 2. §. Mutui. ff. de reb. cred.* pertinere.

Idem *Bartholus, & Paulus ibidem.* At verò si mutuos tibi dedero nummos, & tu, quia postea non indigeas, eosdem mihi reddidisti, non deficiunt mutui rationem habere, quia spectatur id, quod ab initio est actum, non postea factum est, ab initio verò mutui sunt dati.

Quot, & quæ obligationes ex mutuo oriuntur.

CAPVT VI.

**Q**UÆDAM obligationes ex Mutuo nascuntur: quatum prima est ex parte eius qui mutuum dat. Is enim secundum conscientiam cogitur restituere damnum, si scienter, aut mala fide mutuo dederit rem vitiosam, vel in substantia, vel in quantitate, vel in qualitate, ex qua passus est, qui mutuum accepit. Hæc obligatio ex ipso iure naturali existit.

Quæres quid dicendum, cum Titius Caius mutuo dederit falsos nummos, veluti plumbeos, stanneos, pro argenteis, vel aeneis, vel si dederit pecuniam Principis, vel Reipublicæ auctoritate reprobam, & Caius tanquam metos, & probatos nummos impenderit, consumpsit itq? Respondeo, cum debere, omne damnum, quod fuerit alius passus, restituere, quia damni causam dedit. Verum Caiusne restituere Titio debet nummos veros, & probatos? Ratio dubitandi est, quia est Caius falsos nummos mutuos accepit, eos tamen pro veris, & probatis consumpsit. Respondet *Pileus, questione 138.* Si Titius, qui mutuos dedit bona fide putauit esse veram pecuniam & probatam, Caius verò qui mutuo accepit, sciuit esse falsum, & reprobam, tunc Caius debito cogitur veros nummos, & probatos reddere. Id probat *ex l. Damnum. ff. De contrahen. empt. res. Simili quoque modo,* at verò si Titius mala fide mutuum dedit falsam pecuniam, vel reprobam, Caius nullo iure compellitur veros aut probatos ei nummos restituere.

Obiicies. Si quis rem alienam alicui mutuum dederit, isque bona fide consumpsit, quamuis ab initio mutuum non valeat, ipsa tamen consumptione rei mutuum incipit valere, ita vt qui accepit, restituere minime cogatur, licet is, qui mutuum dedit rem alienam restituere domino debeat. Respondeo, aliud esse de re aliena, quæ bona fide mutua datur: quia tunc mutuum si bona fide consumitur, valet. *l. Nam est fur. ff. De rebus cred. & Glossa in l. Eius, qui in precunia in verb. Tenet. ff. Si eorum petatur. Et in l. Si que præco. §. Si nummos. ff. De fideiussu.* At verò, si nummos falsos mutuos dedit, nihil mutuum dedisse creditur, quia falsa pecunia non est pecunia, ac proinde non est in mutuum contractum, ita vt qui accepit, veros nummos reddere cogatur.

Secunda obligatio ex parte eius, qui mutuum dat, est, vt non possit mutuum repetere ante vltimam eius expietum, vel ante tempus consummum, nisi pari necessitato vigente præmetetur, aut in æquale damnum incurreret. *Barthol. & Bald. in leg. Si parum. ff. de verb. oblig.* qui etiam addunt, mutuum non posse repeti statim, vt datum est, etiam si, qui dedit, dixerit: Da tibi mutuum, quoad mihi placebit: alioqui mutuum esse inuile: vt ait *Panorm. in cap. Precarium. num. 2. de precariis.*

Quæres, quanto mutuum sine vlla certij temporis præfinitione datur, quamdiu expectare debeat is qui dedit, ad illud repetendum? Respondeo, arbitrio Iudicis esse id definiendum. *Abbas in cap. Precarium, num. 11. De precariis, Menoch. de Arbitrariis Iudiciis lib. 20. casu 22. Tiraquelus in l. Si vnam. num. 31. C. De reuocan. donat.* Vnde *Petrus Ioan. Anchar. quæstion 38. lib. 2.* ait, rectè quendam exceptionem apposuisse, mutuum reddere tam cito non cogi, quia nondum essent elapsi quindecim dies ex quo mutuum accepit, neque ex mutuo aliquid eommodi percipere potuisset.

Tertia obligatio oritur ex parte eius, qui mutuum accepit. Is enim secundum conscientiam debet rem eiusdem generis restituere. *l. Mutuum. ff. de reb. cred.*

Quarta est obligatio, Lebetis, cui mutuum datum est, rem eiusdem generis æque bonam in substantia, quantitate, & qualitate reddere. *l. Cum quid. ff. de reb. cred.*

Quin.